



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 146. Regina Navarro Regi conciliata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæcul. XVI. „omnes potius positis inimicitii bene-
A.C. 1560. „volentia erga Regem, Regisque sub-
 „ditos certent; nam huc deciderunt
 „cuncta, ut spes omnes in te Regis
 „Matre sitæ sint, quippe agendi gnara,
 „clara in filios amore, & cui plena Re-
 „gum domus certam tranquilli Imperii
 „spem Galliæ pollicetur: itaque in com-
 „mune consule, ne gravioribus, quam
 „par est, remediis quiescentes motus
 „accendas. His rationibus nutantem
 Catharinæ animum erexit Hospitalius
 Francisci Regni Cancellarius: Mont-
 penseria vero Ducissa eandem penitus
 confirmabat, persuasamque reddebat,
 quod Navarrum, ac Condæum Prin-
 cipes illæsos conservare oporteret, eo
 fine, ut Guisiorum, qui eam omni-
 ferme auctoritate spoliaverant, ambi-
 tioni, ac potentiæ ambos apponere
 valeret.

§. CXLVI.

Regina Navarro Regi conciliata.

Thuan. l. 6.
Davila l. 2.

Cum ergo Hospitalii sermones perbene
 Reginae consiliis responderent, hinc
 iisdem omnino expugnata Condæo Prin-
 cipi vitæ veniam concedere statuit, qui
 abs dubio capite plexus fuisset, si Rex
 diutius vitam suam traduxisset: eo au-
 tem postrema ægritudine pressa Regina
 Guisianis Principibus declarabat, quod
 iudicii acta adversus ambos hosce fra-
 tres

tres inchoata omnino, interrumpenda **Sæcul. XVI.**
 essent, cumque ipsamet impotenti Re- **A.C. 1560.**
 giæ administrationis sibi vendicandæ
 ardore flagraret, nequidem expectata
 Francisci II. morte per Montpensieriam
 Ducissam, ejusque Filium Alvernien-
 sem Delphinum cum Navarræ Rege
 conferre statuit, eique fidem dari præ-
 cepit, quod ipsum innocentem decla-
 rari annueret, ac sententiam contra
 ejus fratrem Condæum Principem pro-
 nuntiata in ignem conjici vellet, dum-
 modo tam ipse, quam iste eidem Regni
 administrationem, necnon tutelam il-
 lius, qui Francisco II. successurus esset,
 adjudicare promitterent, simulque spon-
 derent, quod hanc tutelam, etiamsi
 ipsis a Regni Ordinibus offerretur, ac-
 ceptare nollent: itaque Navarræ Rex,
 cum sese difficilibus negotiis implicare
 ex primævo naturæ genio abhorreret,
 Reginæ significari fecit, quod in omni-
 bus ejus voluntati morem gerere para-
 tus esset: quin imo illum scripto pro-
 misisse ferunt, quod Regiminis curam,
 quæ ad ipsum tanquam primum Regiæ
 stirpis Principem devolveretur, eidem
 cederet, ac supremi Franciæ Vicarii
 titulo contentus esset. Postea, Guisii
 Principes, cum nullum aliud remedium
 sibi reliquum cernerent, sese pariter Re-
 ginæ Matris jussis plene obtemperatu-

*Mezer ab-
 rege chron.
 t. 5. p. 50.*

Sæcul. XVI
A. C. 1560

ros spondebant, atque interposita etiam juramenti religione se adversus omnes illam defensuros pollicebantur: insuper ipsamet Regina Guisios Principes in Navarræ Regis gratiam reducere nitebatur, affirmans, quod nec ad Condæi Principis captivitatem, nec ad sententiam in eum latam ullo pacto operam suam adhibuissent: quinimo ipsemet Galliarum Rex, quamvis gravissimo premeretur morbo, testabatur tamen, quod nonnisi ex suo jussu cuncta hæc contra Principem fuissent attentata, Principes Guisii autem duntaxat ejus mandatum executi fuerint

§. CXLVII.

Francisci II. Galliarum Regis obitus.

Thuan. l. 26.
Mem. de
Castell. Da-
vil. l. 2.

Attamen Franciscus Galliarum Rex factæ huic reconciliationi nonnisi paucis diebus vita superstes erat; obiit enim Aureliæ die quinta Octobris Anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo cum is tum nonnisi decimum septimum ætatis suæ annum ageret; nam die decima nona Januarii Anno post Christum natum millesimo quingentesimo quadragesimo quarto, cum ejus Pater illo tempore adhuc Franciæ Delphinus esset, Font-Bellaquei primam lucem aspexit, sceptrum vero nonnisi septendecim Menses, totidemque dies, ac ejusdem numeri horas rotabat; cum